

tem sextam, qua addita sex erunt, ad idē ubi apostolus §. Vnde propter perfectionem numeri senarij Deus sexto die consummauit omne opus creationis, & in septimo die requieuit ab omni opere. Item quia Deus diligit perfectionem in omnibus. Ideoq; senarius dicitur numerus charitatis diuinæ ad creaturas, & e conuerso, quia vinculum perfectionis est dilectio, propterea diuinæ charitati congruebat, vt pro reparatione mundi per sum aduentum eligeret sextam ætatem mundi, ita q̄ prima ætas ab Adam fuit vsque ad Noe.

Secunda a Noe vsque ad Adam fuit vsque ad Noe. Secunda a Noe vsque ad Abraam. Tertia ab Abraam vsque ad Moysen. Quarta a Moysen vsque ad Dauid. Quinta a Dauid vsque ad Christum: Et ita sexta ætas est computata a Christo vsque finem mundi, vel vsque ad anti-Christum, & sic elegit tempus charitatis. Secundum ex annis elegit Deus sextum millenarium annorum, quia secundum Orosum a principio mundi sexto millenario annorum currente conceptus est Christus, unde versus. Ante Iesum duodecim milia vno, milia quinq; & hoc permixime congruebat mysterio incarnationis ex charitate. Tum quia senarius est numerus charitatis, vs̄practactum est, utpote in operibus Dei specialiter electum, & obseruatum. Tum quia sexto die ex nimia charitate Deus condidit hominem ad imaginem & similitudinē suam ad totius mundi perfectionē, uel complementum. Ideo in Bonauen. ubi sup. Secundus Adam. i. Christus debuit sexto millenario annoru sicut & sexta ætate carnari ad totius mundi perfectionem & hominis prædilectionem. Tertio ex successu generationis humanae elegit septuagesima quinta generatione venire, quia sicut patet Luc. 3. Ab Adam vsque ad Christum fuerunt generationes. 75. Et hoc congruit secundum Franciscus mayro. quia in hoc numero, vicet. 75. sunt. 15. lustrorum. idest, quinariorum numeri designantes. 15. gradus quibus, in templum Dei ascendebatur cum cantico. 15. graduum ad Deum ex charitate orandum, laudandum, & placandum pro populo, & quia Christus ueniebat ad Deum placandum pro toto

genere humano ex charitate præcioso sã guinem per quinque vulnera præcipua fundendo in cruce. ergo. 75. generatione venire elegit Item. 15. sunt ter quinq; tota autem gradibus ascendebatur in templū ad figurandum, q̄ homo per fidē & amorem ad diuinam trinitatem, & quinque vulnera passionis Christi ascendit in templum cœlestē: Si contra prædicta dicatur, quia Mattheus solum. 42. generationes numerat: Dicendum q̄ hoc non obuiat, quia ipse genealogiã Christi solum vsq; ad Abraam deductit, non ad Adam, sicut facit Lucas: Et quia Mattheus intendit, ut dicunt Hiero. ponere tres texere decades, propter quod plura rescindit, patet ergo charitas &c.

SE D quid de partibus anni. I. de mense, die, & hora: Respondetur conformiter ad prædicta.

Primo de mense, q̄ ex omnibus mensibus congruebat ex charitate eligere mensē Martium pro dominica annunciatione & incarnatione: Declaratur secundum Fran. mayro. & alios pluribus rationibus Primo ratione præmitatis, quia Exod. 12. dicitur. de Martio. Mensis istæ uobis principium mensium primus erit in mensib. anni, nam eo mense cepit mundus initium, ut putatur communiter, & eo mense ex egypto Deus eduxit filios Israel, ac summerit Pharaonem & exercitum eius in mari. Ita conueniens erat vt eo mense mundi reparatio per Christum inciperet, & homo liberaretur contrito diabolo.

Secundo ratione nouitatis, quia secundum Isido. 5. lib. Etymolog. Martius interpretatur quasi mensis nouorum, quia renouari incipit tunc mundus, nam sol tunc iurat primum signum. scilicet Arietis, & sic noua incipit reuolutio cœli, similiter terra incipit renouari herbis pullulantibus, & arbores folijs &c, sic in Christi incarnatione multa sunt in nouata. scilicet noua salualio angeli, noua conceptio virginis, & huiusmodi.

Tertio ratione luminositatis, quia tunc in æquinoctio lux Diei incipit crescere, & tenebræ noctis diminui, sic in Christi incarnatione lux gratiæ Dei ad homines incēpit, & tenebræ viciorum diminui cœperunt Dei charitate.

Secundo

Septuagē  
sima quī  
ta genera  
tione ue  
nit Chri  
stus i mū  
dum.

Hier.

§. 23.

Isido.  
Martius  
mensis no  
uorū.